

*multa corrigi potuerunt ex aliis titulis eiusdem hominis Carthaginensi II 3423, quem vidit Huebner, eoque qui sequitur). — 1) Sicelli oppidum, Hispaniae, ut videtur praeterea ignotum; cf. C. I. L. II suppl. p. 955. — 2) Aossetan. traditur. Cf. ad N. 6954. — 3) Videntur significari Argi Achaiae (cf. supra N. 867). — 4) Basti oppidum Bastetanorum, hodie ut videtur Baza; cf. Huebner C. I. L. II p. 458. — 5) et scriba traditur. — 6) Cf. N. 6843. — 7) Vicesimae. Cf. supra N. 5402. 5598. — 8) De tributo soli in quo exstructa fuit aedicula, accepit Mommsen.*

**6954** L. Aemil. M. f. M. nep. Quirina Rectus domo Roma, qui et Karth. | et Sicellitanus<sup>1</sup> et Assotanus et Lacedaemonius et Bastetanus | et Argius<sup>1</sup>, scriba quaestorius, scriba aedilicius, donatus equo publ. | ab imp. Caesare Traiano Hadriano Aug., aedilis coloniae Karthagi., patronus rei publicae Assotanon. testamento suo | rei pub. Assotan.<sup>2</sup> fieri iussit, epulo annuo adiecto.

*In oppido provinciae Murciae Caravaca (II S. 5944 descripserunt complures viri docti Hispani). — 1) Cf. ad titulum qui praecedit. — 2) Videtur Asso vel Assot situm fuisse prope Caravacam.*

**6955** P. Val. Dionysio | Vvir. Aug., | cui ordo Dertosan. | ob merita eius | aedilic. honores | decrevit. | P. Val. Pardus lib. | Vvir Aug. | patrono optimo.

*Dertosae (Tortosa) (II 4062 vidit Huebner).*

**6956** L. Licinio | Secundo | accenso | patrono suo | L. Licinio Surae | primo secund. | tert. cos. eius, | IIIIVvir. Aug. | col. I. V. T. Tarrac.<sup>1</sup> et | col. F. I. A. P. Barc.<sup>2</sup>, | [or]do municipi | [Fla]vi Iamontan.<sup>3</sup> | [i]nsula minore<sup>4</sup>.

*Barcinone (II 4558 aliquoties descripta saec. XVI. XVII). De titulis huic viro Barcinone positus dixi supra N. 4952. — 1) Colonia Iulia Victricis Triumphalis (?) Tarracone; cf. C. I. L. II p. 538<sup>b</sup>. — 2) Colonia Faventia (cf. Plin. h. n. 3, 22) Iulia Augusta Pia Barcinone. — 3) Cf. Mela 2, 7, 20. — 4) Sc. Balearium.*

**6957** L. Caecilius L. f. | Páp. Optatus | > leg. VII G. fel. | et 7 leg. XV Apollin., | missus honestá | missione ab imp. M. | Aur. Antonino et Aur. | Vero Aug., atlectus a Bar[c]. | inter immunes, consecut. | in (sic) honores aedilicios, | Vvir III, flam. Romae | divorum et Augustorum<sup>1</sup> | qui r. p. Barc. ita leg.<sup>2</sup>: do lego | darique volo X VIIIÐ, ex | quorum usuris semisibus | edi volo quodannis spectac. | pugilum die III iduum Iuni. | usque at X CCL et eadem die | ex X CC oleum<sup>3</sup> in thermas publi[c]. | populo praeberi et [I]ecta<sup>4</sup> praes[tari ea condicione volo, ut | liberti mei item libertorum meorum | libertarumque liberti quos honor (in latere) seviratus contige[rit], ab omnibus mu[neribus seviratus<sup>5</sup> ex]cusati sint. Quot si quis | eorum at munera | vocitus fuerit, | tum ea X VIIIÐ at | rem pub. Tarrac. | transferri iubeo | sub eadem forma | spectaculorum quot | s. s. est edendorum | Tarracone. (Sub inscriptione frontis) L. d. d. d.

*Barcinone (II 4544 vidit Huebner praeter paucas litteras). — 1) Cf. N. 6929*